of the *Rectum*. It had likewise formed a small Abscess, which discharged itself into the Cavity of the *Pelvis*, but had not any Communication with the Cavity of the *Rectum*.

XI. *Observatio Eclipseos Telluris* Romæ *habita in Ædibus Eminentissimi* Cardinalis DE-VIA v. Non. *i. e.* d. 3 Maij, N. S. Apr. 22. V. S. MDCCXXXIV. *per* Didacum de Revillas, *Abbat.* Hieronym. *R. S. S.* & Andream Celsium, *R. S. S. Astrom Professf.* Upsal. *R. S.* Suec. *Secr.*

Clarissimo Præstantissimoque Viro

EUSTACHIO MANFREDIO,

Didacus de Revillas, *Abbas* Hieronym.

S. P. D.

TUÆ erga me humanitatis, amorisque erga Te mei recordationem in animo tuo excitandi, Ornatissime Manfredi, per opportunam suppeditat occasionem Solaris Deliquii Observatio, quam in jucunda, tibique jam dudum familiari severiorum Musarum Diatriba, Ædibus nimirum Eminentissimi literatorum hominum Mœcenatis Cardinalis DE-VIA, divisis officiis una cum Doctissimo, tuique amantissimo Andrea Celsio, Astron. Prof. Upsal. habuimus. Hanc ad Te mittendam communi consilio

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775).* www.jstor.org

ſilio cenſuimus; ut quemadmodum Cœli cum tuis Ephemeridibus mirum conſenſum noſtra hæc quoque Obſervatio probat; probes Tu num eadem ab Obſervationibus tuis minimè diſſentiat: quod ſanè ſperamus. Curam enimvero omnem, cum ex ſolaris ſpeciei ad Meridianam lineam appulſu, tum ex æqualibus Solis altitudinibus, eâdem obſervationis die, & pridie etiam ſæpius notatis, pro accurata temporis veri determinatione impenſam teſtari poſſumus. Cæterum duplici, notæ optimæ Teleſcopio palmarum Romanarum circiter VI, Telluris defectum obſervabamus (longiorum ſiquidem tuborum uſum nimia Solis ferè Meridiani altitudo, & alia quædam incomoda prohibebant): altero Solis imaginem directè ad oculum opacato vitro munitum tranſmittente, Eclipſeos præſertim initium & finem; altero in adversâ Tabellâ, ut moris eſt, ſolarem ſpeciem depingente, Phaſes intermedias intuebamur. Spem equidem hujuſcemodi obſervationibus vacandi ademerant importunæ nubes, primùm oriente Sole auſtralem horizontis plagam, totum deindè Cœlum penè inficientes. At dum denſioribus rariores ſucceſſere, etſi primum Planetarum oſculum eripuerint, primas Phaſes aliquantulum incertas, & ſpeciem circa Eclipſeos finem veluti denticulatam exhibuerint; reliquas tamen obſervationes accuratè definire concedebant. Excipe ergo V. Cl. totius obſervationis ſeriem: & dum Literatorum omnium vota Te de Aſtronomia optimè meritum, incolumem, ſi unquam aliàs cupiunt, me ut ſoles amare perge.

Romæ IV Non. Maii MDCCXXXIV.

Obſer-

Observationes.	Temp. ver. p.m. Diei H.	'	''	Quantitas Obscurationis Digit.	
I	22.	22.	35	- - - - -	*Initium aliquantum*
II		27.	1	0 $\frac{1}{2}$	*præcessisse trans*
III		34.	0	1	*nubem videbatur.*
IV		42.	6	1. $\frac{1}{2}$	
V	23.	0.	52	2	
VI		3.	16	2 - - -	*Vel paullò plus: &*
VII		10.	31	2	*max. obscuratio im-*
VIII		28.	16	1. $\frac{1}{2}$	*minens censebatur.*
IX		45.	11	0 $\frac{1}{2}$	
X		52.	1	0 - - - -	*Finis.*

Ex IV *&* VIII *Observat. maxima Obscuratio circa h. 23. m. 5. colligitur.*

F I N I S.

E R R A T A.

Page 281. Line 1. for IV read V. P. 282. l. 7. for V. read VI.

L O N D O N:
Printed by W. INNYS and R. MANBY, Printers to the *Royal Society*, at the West End of St. *Paul's*.
M DCC XXXVII.